

112242111

Prestabitq; mal
Concordes soci
Ipso juncta De
Sic vos Dia bee
Sic vobis tribu
Blandi conjug

Joban. C
Com



B. 11791
2. ZEITSCHRIFT
Psychologia - ösöny
Zeitschrift für Psychologie. Mit Zeitschrift für angewandte Psychologie und Charakterkunde.
Hrsg. v. Bl. von Redaktor Dr. L. O.
69544 162 1928 Gottschalk, K. 1-2
69545 163 1929 Gottschalk, K. 1-2
IV/2b

regi nyomtatványok, Eperjes tud.könyvtár:
/318.1g.j./

13.

Zodiacus
Insignis duodecim Virtutum Symbolis

Illustrissimi ac Celsissimi Domini

Dn. FRANCISCI-GEORGII
RAKOCZY de

Felső Vadász, Electi Transylvaniae Principis. Partium Regni Hungariae Domini & Sicularum Comitum, Arcium & Bonorum. Sááros, Patak, Munkáts, Ecsed, Makovicza, Regécz, Tokay, Szerencs, Onad, Lednicze, Szilágy Somlyó, Borfi & Király-Helmecz Hereditarii Domini;

Eidem,
Cum ab Augustissimo Romanorum Imperatore

LEOPOLDO PRIMO

Perpetuus de Sááros, ejusdemque Comitatus Supremus Comes creatus pronuncietur;

Ab Academico Societatis JESU Collegio
Cassoviensi presentatus. 6. Julij

1

Zodiacum duodecim Virtutum tuarum Sym-
bolicis insignitum præsentamus **TIBI** Celsissi-
me Princeps. Non quod inter tantum Virtu-
tum tuarum affluxum plures non reperiamus,
sed quod Illustrissimam gloriam Tuam non indignum
fore arbitremur si aurei illius astri, Jovis oculi,
lucis parentis, pupillæ Cœli, panomphææ lam-
padis, mundi prodigii Solis majestatem, quippe
cujus Annuus cursus in decursu duodecim signo-
rum Zodiaci sufficientissimè pro dignitate sua oc-
cupatur, Tibi attribuamus. Quamvis enim Sol
vices temporum non sine amœnanovitate redu-
ces temperat, reliquorum astrorum motus benè
ordinata dimensione moderatur, excubantium
Stellarum ignes illustrat, subtilibus radiis abditos
terræ recessus penetrat, gemmas excoquit, in-
flamat aurum, inaurat segetes, obumbrat arbo-
res, cerussat prata, amœnat agros, colorat grami-
na, miniat vites, vireta purpurissat, areolas vi-
ridariorum calamistris florum illuminat: illustri-
orem tamen in Te Solem veneramur Princeps
Celsissime. Quod ille intra unius anni revoluti-
onem Zodiacum suum glorioso decurrat in esse-
do: Tu quoties Sol nascitur Orbi, imò horis sin-
gulis cursum virtutum Tuarum felicissimè emeti-
ris: ille duodenis signis, extra quæ evagari piac-
ulum fit, circumscriptum habet amplitudinis suæ
limitem; magnitudo animi Tui nullis potest ter-
minis

minis circumfcribi: ille post blandientes veris Zephyros adjocantium etefiarum lufus, adulantium ventorum sibilos, torrentes firri æstus, deformem autumnalis calvitiei horrorem, execrabilem hyemalium Aquilonum rigorem inducit, Tu perpetua veris amœnitate Tuorum recreas expectationem: ille denique ubi ad supremum curfus fui terminum eluctatur, ad inferiora rursus reditur; Tu regressus ignarus nunquam eo sublimitatis conscendis, quoniam in sublimius in Virtutum quadriga ascendere enitaris: nec quod Soli penè quotidianum est, serenos lucis Tuæ radios aut opacitate nubium impeditos, aut noctis caligine involutos Tuorum animis subducis. Habent enim verò in Te virtutum splendorem, quem si ^{uliy} occidis in absentia spectare non possunt, animis contemplantur. Accipe igitur Zodiacum hunc nostri in Te officii debitum mnemosynon, eo, quo soles affectu, & illustrissimis Tuis radiis Patriæ, quæ Tibi vitâ cariore est, Tuorumque animis affulge perpetuus.


Symbolum primum.

Celsissimo Principi, Supremo ac perpetuo
Comiti de Saáros.

Frustra decumanifluctus marpesiam eautem feriunt; frustra ventorum turbines impetunt. Nihil mugientia fulmina rupi adferent nocumenti, quam Armiger Jovis Aquila, quæ trifulca fulmina Tonanti subministrare deberet, protegit. Cautem itaque interfluctus & procellas, inter ventorum ac fulminum impetus collocatam, perpetuitatis Tuæ, ac Supremæ in Saáros Comitum dignitatis Symbolum constituimus, Princeps celsissime, cum lemmate.

Non commovebitur
in æternum.

SI fulgurantis latitonantia
Delapsa olympo fulminis agmina
Per mugientem nubium aulam,
Horritico feriant fragore,

Coelo minacis culmina Caucafi:
Nihil movebunt. Si ferus arcticam,
Ex utre ventorum catervam,
Hippotades per inane laxet;

Acerque

Acerqve Thracicum Borèa Notus
 Tempestuosum belligerantium
 Instar phalangum armet furorem
 Campivagoqve petat potentis
 Excelsa montis culmina turbine;
 Nihil movebunt. Si Berecynthii
 Potens tridentis Amphitrites
 Remifragas Pelagi Procellas
 Trucesqve fluctus non cicurabili
 In saxamontis gurgite concitet:
 Nihil movebunt. Si Cyclopum
 Ærisonis celebris caminis
 Rupes Thyphois sulphuris horrida
 Partes in omnes montis Olympici
 Portenta non immugienti
 Ingluvie vomat, ac fragore:
 Nihil movebunt. Si Corybanticos
 Intercidentis concava viscera
 Telluris expandant hiatus:
 Non apicem stabilem movebunt.
 Non fulminantis syrma Diespitris
 Cautinocebit dum Jovis armiger
 Non fert trifulca pro Tonante
 Mulciberi fabricata ferro;
 Sed à vibrando fulmine protegit
 Frustra Cytoros impetit Æolus;
 Frustra Giganteas procellæ
 Concutiunt feriuntqve cautes.

Bacchator

5

Pacchat or ignis sæpè quod invenit
 Jam jam fatiscens, firmat, & erigit.
 Telluris immanes hiatus
 In vacuo faciunt ruinas.
 Protecta cautes bicipiti Jovis,
FRANCISCE PRINCEPS, Romulei
 at ite,
 Dignos Quirinali Monarcha
 Perpetuosqve feret favores.

Symbolum Secundum.

Principi Pio.

Aquila volucrum Regina in sublimitatem aeris pernici-
 bus alis sese vibrans, ac aureos Solis radios irretorto ob-
 tutu spectans, Symbolum est pietatis. Hanc nos super glo-
 bum terrestrem caelestem sphaeram versus volantem, pro
 adumbranda pietate Tua collocamus, cum Lemmate

Alia peto.

ÆTerna Pimplæ gloria, penniger
 Vatum jugalis Pegase, vitreas
 Cui Phocis undas, & bicornem
 Aspera dicat spaciofa collem.
Te, seu decemplex lenè micantium
 Gyros Polorum luminis aureas
 Inter plateas hospitantem
 Ambrosio melioris ore
 Pascit vireto; Bellerophontica
Seu frenamordes; seu mage Persei

Mandis

6

Mandis lupatum, seu canori
Ad querulos Heliconis amneis
Carpisoporem: surge, volubiles
Huc verte gressus; huc socialibus
(Quousque deludis vocante?)
De propera comitatus curis.
Audimur! adstat Pegasus impigros
Substernit armos. Quo feror? Aeoli
Prævertō turmas & citatum
Fulmineo Pyroente Phœbum.
Errone? fallax mentis & impetum
Phantasma ludit? Solis an effedo
Jubar maritanti corusca
Regna super regimus caballum?
I præpes ultra Pegase, & amplius
Attolle crineis, astra ubi flammeas
Nectunt choreas, gemmeisque
Empyreæ regionis arces
Nictant ocellis. Tollor! ut edita
Despecto turreis! ut Babylonæ
Gentis colossos! ut superbi
Mygdonio solidata Cræsi
Palatiorum peggmata marmore!
Ut Dindymenes culmina, pallidos
Ut Dathiorum cerno montes
Eminus, aurivomumque Medos
Rigare Hydaspem, fulvaque Lydiis
Errare campis flumina, & obvios,

Gangis

Gangis Smaragdos per tepentem,
Memnonidum radiate portum. I
I præpes ultra Pegase, & amplius
Attolle cristas. Quid juvat aufugis
Fraudare mundi pectus umbris?
Tantaleum fugitivæ terræ.

Sunt dona malum: Perge volucris
Partus Medusæ præcelerungulis
Quæ frana verto, quæ renidens
Elysi patet aula campi.

Volavit. Ehem! quod mihi panditur
Lucis theatrum! quæ rutilantibus
Minax Orion ominosus
Orbibus ejaculatur igneis!

Quam crispifulcis Sidera promicant
Ledaæ flammis! quam jubæ fulgidi
Ardet Leonis, ac micantem
Parrhasis Ursa rotat quadrigam!
At quem Tenanti proximus Alitem
Inflamat ardori? fallimur? an Tuam
FRANCISCE spectamus volucræ
Astrigerum subiisse limen?

Sic est. Trifalcinosco Satellitem,
Nosco Ministrum fulminis. Armiger
Numquid Panomphæi est Satoris,
Et volucris DEa fulvæ turmæ?

B

Cui

Cui bracteatis nec Tagus alveis
 Nec Persa censum, nec Marcotico
 Lybis tributo, nec Colonus
 Geminiflua Nabathæus unda
 Nec Sumptuosis Daunia messibus
 Crura implicavit; fervor at igneas
 Urunt medullas ad serenam,
 Cœlicolum penetrare sedem,
 Es ergo aviti gloria sanguinis,
FRANCISCE, scelix: hoc volucrum mihi
 Famosa dicat Imperatrix,
 Dignatam decorare Ceram.
 Hoc spondet ardor Cœlicus, Enthea
 Hoc altioris pectoris indoles;
 Quæ calcatorbem, & arcuatas
 Transgreditur pietatē nubeis.

Symbolum Tertium.

PRINCIPI CONSTANTI:

Instabilis est fortuna rota, quia volubilis & spherica. Nil
 est Celsissime Princeps, quod metuas gentilitia rotae tuae:
 volubilis non est, non percanti fortuna ludorum non pra-
 bebis materiem, ad fremitus foris non vertetur; ad
 blandimenta non volvetur, ut quia in Rupe fundata
 meritorum aesseram perennaturæ constantia tua a nobis
 statuetur cum Lemmate.

STABIT PERENNIS:

Sic est.

Sic est. In ictu vertit eburneas
 Fortuna bigas. Instabiles vices
 Alternat infidis quadrigis
 Et stabilis levitate sola est.
 Secundiori quos super editam
 Honoris arcem collocat effedo,
 Faustosque per fastigiatum
 Axe vehit studiosa culmen:
 Heu infideles præcipitat rotas
 Quoque altiores in Capitolii
 Gradus Quirinalis levârat;
 Hoc tumulat graviorē lapsu.
 Quos blandiora per mera devehit
 Laureta curru, sulcat & aureo
 Felicionis orbe trigæ
 Nectare; tabulata campi:
 Eheu! profundis illachrymabili
 Lapsu cavernis mergit, & invidis
 Succensa flammis in barathrum
 De decoris tumulat perennis.
 Fortuna constans vix reperibile
 In orbe monstrum. Prosperitas senex
 Phœnice rarior volucris.
 Hunc Solio locat in Quiritum,
 Orbisque fasces sceptraque Regia
 Et purpuratam cum irabea Togam;
 Donat ferendam, Regiumque
 Auricomæ Diadema fronti.

Quæ

Qveis subjacentis fræna regat gregis,
 Vulgusque svavi murice protegat
 Ac obsequentes non protervè
 In populi dominetur undas.
 Post bracteato præcipitem Throno
 Ad rastra damnat, Sceptraque Regia
 Ligone mutat, purpuramque
 Heutenui cumulat lacernâ.
 Hunc à mapali ad culmina Regia
 Avili aratro ad sceptrâ Qviritia,
 Levat, jubetque cum palatis
 Stramineam variare mandram.
 Post quem locatæ circumientium
 Semptemplicatis ordinibus ruunt
 Turmæ Qvirum, Regiumque
 Imperium reverente nutui
 Exosculantur: cui adamantinis
 Stratum lapillis multus in atrium
 Venit clientelæ manipulus
 Obsequiæ terit Sicambri.
 Limen palati: hunc instabili rota
 Fortuna magnis invida turribus
 Fastigiata turri in imam
 Præcipitem glomerat cavernam.
 Injurioso turbine, & affeclam
 Facit suorum prohi lacrymabili
 Fato clientum. Nempe mendax
 Ac stabilis levitate sola.

Crata

Cræsos & Iros æquiparabili
 Fortuna versat sorte. Volubilis
 Procul faceffat hinc novercæ
 Cæca procul rota sortis atræ.
 RAKOCZIANI Stemmatis orbita
 Perennitatis nobile Symbolon
 Nequit rotari nil frementem
 Nilque timet jocularis Orbis-
 Sortem infidelem. Fulmina concita:
 Stabit perennis. Mitte Favonios;
 Stabit perennis. Misce utrumque:
 Stabit olivifera & perennis.



Symbolum Quartum.

PRINCIPI AVITÆ VIRTUTIS ÆMULO.

Qvirites Patricii, ut excelsas Majorum suorum cogita-
 tiones æmulo virtutis penicillo exprimerent? fumosas
 eorum Ceras per atria oculis contemplandas exponebant.
 Contemplaris & Tu Princeps Celsissime, Majorum Tuo-
 rum Ceras, non tam oculo, quam animo: & illustrissi-
 mas eorum virtutes ad vivum representas. Quare
 pro insigni æmulatrici Tue Virtutis, Speculum contem-
 plantis sese effigiem reciprocans, eligimus cum Lem-
 mate.

IBENE

BENE REPRÆSENTAT.

Pulchrum est Avitum Stemmatis effedum
A glorioso sanguine ducere:
 Et mille Magnorum videre
 Dædaleas Statuas Avorum.
Pulchrum est superbo magna Potentium
Archiva Patrum cernere pegmate, &
 Per areas palatiorum
 Phidiacas numerare Ceras.
Pulchrum est perita Praxitelis manu
Trophæa Cedris sculpta perennibus
 Victoriisque laureatas
 Magnanimæ perhibere stirpis.
Aurata sparsas pet laquearia
Et bella Martis non satiabili
 Furore gesta, adoreaſque
 Floridior Phrygum labore.
Textas corusco appendere pariete
Pulchrum est Gradivi Laomedontio
 Hæreditata signa ferro
 Mentoreo fabricata scalpro.
In expolito marmore Mygdonum
Expansa pictos per Capitoli
 Celsi Colossos exhibere
 Perpetui Titulos honoris.

1

Pal.

Pulchrum est micantem prodigalium
 Virtutem Avorum, seu famularibus
 Umbris Apellis, seu fluenti
 Rhetoricæ calamo Suadæ.
Seu æviternis Historiographi
Attemperatam ex arte coloribus
 In Orbe spectandam locare
 At simulacra nihil Parentum.
Heroicorum nil Statuæ Patrum
Nihil veruſto Sangvinis omine
 Propago ducta, nil Potentium
 Bella Ducum, Titulique Avorum.
Nihil ferocis prælia Marſpitris
Nil præliorum signa volantia
 Nil crispifulcæ glorioſi
 Mannubiæ, spoliūque belli.
Nil sunt Caryſtio marmore labara,
Vel ſumptuoſis ſculpta tabellulis:
 Nil gloria effingant Avitæ
 Eſſigiem memores Nepotes.
FRANCISCE Princeps, nobile Avitici
Sidus triumpho, gloria adorea
In Te Potentium Famam Avorum
 Eſſigiemque Patrum videmus.

Sym.

Symbolum Quintum.

PRINCIPI FORTI.

Hercules inter Nemæum Leonem, & Aprum Eryman-
theum, Hydramque rediuis capitibus pullulancem im-
pavidus, magnanimam pectoris Tui fortitudinem ex-
primit Princeps celsissime. Lemma subscribimus.

OMNIA VINCIT.

NON si in cruentum trux furialibus
Megara bellum seditionibus
Laceffat Orbem & effeatas
Castris eqvæ legionis alas
Mavors obarmet; ferreaque horrida
Seges Gradivi Regna voracibus
Mersura flammaram procellis
Undet agros; Scyticaque pugnax.
Getes bipenni fulguret, alite
Si Parthus ausum miles arundine
Spargat venenum, & fulminantes
Terricrepovomat ore rictus.
Fortem fugabit. Scilicet, inscius
Horrere ferri fulgura, Martios
Retundet ausus, hostiumque
Fulmineos hebetabit enses.
I barbarorum turma, Cydonios
Intendè nervos, deplue missilis
Dum grando teli luminosos
Nube tegat. Phætonis ignes:

Et hic

Et hic serenam Fortis in aream,
Frontem explicabit; certus ahencos
Eludere ictus, & sagittæ
Vulnificos volitantis hamos.
Udistumescant spumea montibus
Infanientis marmora Doridos
Et murmurantes rauca fluctus
Scilla globet rabidusque torvas,
Infestet undas Caurus, & inviam
Gyret Charybdis torta voraginem.
Ac circinantis Regna Nécæi
Ii liqvidos glomerata colles
Cœlum flagellent: Fortis at asperos
Ridet tumultus, despicit Aeoli
Bacchantis iras, & secundis
Aeqvorum arat famulare tonsis.
Lætumque pnpilittore devius
Celeusma cantat. Nempe, tumentium
Victor procellarum Maleæ
Undisonos superat fragores.
Sic est: triumphat Fortis, & ardua
Quæcunqve torvo poterit iu petu,
Totumque frænis microcosmi
Imperii moderatur Orbem.
Te Te Pelasgi gloria nominis,
Terror ferarum, fræniger integri
Athleta mundi: Fortiumque
Prototypon, Jovis æqva proles.

C

Oethææ

Oëthææ testor : quem neqve Cereri
Dentes triformis. foeta recentibus
Nec Hydra collis, nec Ceraftæ
Hesperii vigiles Draconis.
Nec quem in jugosis Thessalus alpibus
Pavore membris sæpè timentibus
Civis Leonem, quem vetellus
Arcadiæ metuebat aprum.
Evicit unquam: Victor & Atticum
Stravisse taurum diceris, & feros
Thracis Tyranni per jugales
Lethifero intonuisse ferro.
Et hinc Te honoris fama per aureos
Vehit curules, hinc Libaniticis
Incisa Cedris æviternos
Aspicient tua facta Soles.
Hanc spem fovemus nos quoqve Pannonum
Præfaga Vates, dum Tibi congener
FRANCISCE Princeps Fortitudo
Herculeos imitatur ausus.
Vives, favebunt Sydera, Patriæ
FRANCISCE vives, nec minor Hercule
Hostes necabis, & furentes
Perfidia jugulabis Apro.
Victoriosus. Jam Tibi eburneas
Sculpit quadrigas gloria, ductiles
Inscende currus, & sequentum
Per feriem volites Nepotum.

Sym-

17

Symbolum Sextum.
PRINCIPI SAPIENTI.

EX quo in origine sua manant rivulo, que in immensos pro-
pem odum torrentes per decursum excrefcunt flumina. Sa-
pientia humanarum divinarumqve rerum Scientia, te-
neros inter incunabula effundit radios, ubi tamen cum
etate adoleverit, in admirationem sui trahit univer-
sos. Dum Sapientiam Tuam proponimus Celsissime Prin-
ceps, flumen in apricos Ungarici viridarii. Campos de-
rivamus cum Lemmate.

VIRES ACQUISIVIT EVNDO.

Fluendo crescunt concita flumina
Vix primus Ister sesquipedalibus
Scaturit alveis: vix secunda
Fonte fluit revolutus unda
At quando fortis saxa Alemanniæ
Subterfluent lambit Jaspide,
Quando tricollis bellicosas
Ungariæ locupletat oras.
Quando subactæ, proh dolor! Helladis
Injurioso Lunigerum jugo
Campos patentes circummambit,
Horrisonoqve rotat fluento
Vastos aquarum præcipitum globos
In vorticosa Nereidum domos:
Proh! quanta diffundit theatra
Quam tumidas replet amne valles!

Fluendo

18

Fluendo crescunt concita flumina
Quando scaturit sub Scythico iugo
Ganges; nitentem bracteato
Non subito rotat amne lympham; at
Eo postquam littora basiat,
Et multa hianti gurgite flumina
Ad instar absorbet charybdis;
Tunc rutilas rotat unda arenas.
Qua Mauus oris proximus Africis
Ex aestuantis Solstitialibus
Phœbi favillis nigrefactus
Exigua speculatur unda.
Manare Nilum: est cuique vadabilis:
At longiori cum peragraverit
Cursu refert ætesqve Memphis;
Tunc volueres potis est triremes.
Ambagioso volueret ergore,
Tunc vorticosis Naumachias aquis.
Tunc præliantes quadrirèmes
Marmoreo tolerare orso.
Majore; Princeps, in Sapia
Crescis volatu. Non ita tempora
Vernantis ætatis, diesqve
Pegaseâ fugiunt quadrigâ.
Fastigiatum ceu Sapia
Veloce cursu scandit ad effedum,
Hæc cruditum promit aurum;
Hæc faciles moderatur ausus.

Hoc

Hoc nempe dignum est germinis Principis
Sidus, Potentes hoc diademate
Umbrare eburnum frontis ostrum
Hæc rutilare decet tyara.
Qui juramultis dicit, & orbita est
Evectus undis ex popularibus;
Hic, hic Nabatheum metallum
Palladis tumulet palacris.

Symbolum Septimum.

PRINCIPI HONORATO.

Multi gloriam ambiunt, paucos ambit gloria, hos inter
merito censendus es Celsissime Princeps, cujus sublimem
verticem ingentibus conatibus ambit gloria. Nempe
flamma, si flamma est, in sublime luctatur, si luctari de-
sinit, flamma non est. Quare dum gloriam sub auspiciis
tuis gloriari molientem significamus, flammam pingimus
cum Lemmate.

NUNQUAM DEORSUM.

Sivel rubentis pignora Nerei
Claro micantes fulgure Jaspides,
Vel bracteato ex Hydaspæ
Chrysolitos, Onycesqve carpassæ
Sivel periculo Pygmalionia
Legas Carinæ scœnora naufragæ,
Vel fulgurantis dona Gangis,
Vel rutilis Nabathæa conchis.

Florentia

Fluēta, gemmas vel Marcoticas;
 Ac molientem surgere in arduum,
 Flammæ favillam per Ceraunas
 Accelēres prohibere gemmas;
 Frustrá laboras. Surget in arduum,
 Nec fulgurantum torqve tenebitur
 Flamma Unionum. Si perenneis
 Mygdoniis glomeres ab antris
 Cedri Colossos, aut Alyaticas
 Nudes cavernas marmore eburneo,
 Vel fastuoso mugientis
 Taygeti juga pressa saxo:
 Vel Dauniorum scœnora montium:
 Ac molientem surgere in arduum,
 Flammæ favillam per trabales
 Accelēres prohibere cedros.
 Frustrá laboras: Surget in arduum,
 Nec Libanarum flamma tenebitur
 Vinclo cedrorum. Qv̄imicantem,
 Præcipitare tu laborat.
FRANCISCE Princeps culmine gloriam,
 Frustrá laborat. Surget in editum
 Honor colossum nec frementi
 Invidia reprimetur astu.

Symbolum Octavum.

PRINCIPI PERSPICACI.

NEC Sol, quāvis subtiles vibret radios, opaca penetra-
 verit. Præcipit cœlesti oculo hanc gloriam perspicax in-
 genium.


*genium. Ea celeritate penetrat obscura, quā solares ra-
 dici diaphana, ad exprimendam hanc perspicacis ingenii
 Tui celeritatem, Princeps Celsissime Solem Crystallinas
 bractœas radiis penetrantem, subscribimus cum Lem-
 mate.*

FACILE PENETRAT.

Proh quā coruscis Magnæ adamantibus
 Princeps, refulges, cum genus entheā
 Famā venustum perspicaci
 Ingenii decoras nitore.
 Cujus propago Regia Regiis
 Divinonis corbus ingenii
 Nitescis, & fulvum superbi
 Exuperat Phætonis astrum.
 Opaca nunquam lucidioribus
 Caliginosi viscera marmoris
 Radiis ^{per}generat sudapandens
 Astra Hyperionius jugalis.
 Licet nitenti fulgeat aureum
 Flamma metallum, lucifluum licet
 Argentorum præmiorum
 Gleba jubar radiosque spargat.
 Non illa acutus Sol penetraverit,
 Nī sint pyropo fulva diaphana
 Non est Sybillinæ Minervæ
 Terspicuum penetrare lucem.

At in

At intricatas barbarioribus
 Nodis catenas Sphingis Achaicae
 Gnatus Jocastæus renodet;
 Ex Labyrinthiacis cylindris.
 Incarceratum Thesea, Gnosia
 Minois astu liberet entheo,
 Doctumque Gordii Gelono
 Æmathius secet ense nodum.
 Celiginosi gurgite Tænari
 Manes sepultos ad Phactonium
 Jubar, vel ipse gloriosus
 Amphitrioniades reducat,



Symbolum Nonum.
 PRINCIPI PRUDENTI.

Præterita cum futuris combinare terrena Cælestibus subor-
 dinare, prudentis est. Ejus Symbolum Aquilabiceps, uno
 Capite ætherei imperii intenta, altero serpenteo circa
 rupem Chelydres contemplans cum Lemmate.

VTRVMQVE.

Quisquis secundo lenè favonio
 Sulcare puppi faustaque catbasa
 Feliciori concupiscit
 Hippotadis sociare turmæ;
 Timetque torvis crudè Aquilonibus
 In fraudulentam præcipitarier
 Thetis charibdim, vel ferocem
 Nereidum levium Malcam.


Per

Perfuda sparsos astra satellites,
 Ac excubantes ætheræ flammulæ
 Vnius obtutu pererret,
 Alteriusve oculi, frementes.
 Maris procellas. Quisquis olympicæ
 Jani calendas, ac reliquum cupit:
 Felicitatis dote plenum
 Zodiacum peragrantis astris.
 Videre cursum prosperioribus
 Etesiarum currere gratiis
 Hic entheum Jani bifrontis
 Ancipitisque sibi Coronæ.
 Vultum maritet. Prætereunium
 Uno volutet tempora mensium
 Vultu, futurarum secundo
 Provideat monumenta rerum.
 Quisquis rotatum turbinis impetu
 Regni Colossum magnanimo cupit
 Juvare pectore, & labantem
 Herculeis Patriam lacertis.
 Fulcire: ocellos Armigeri Alitis
 Sumat biformes. Vno Hyperionis
 Sublime contempletur astrum,
 Imperiisque Poli secundet.
 In subjacentes deprimat alterum
 Angves Ocellum, Colchicæ toxica
 Hæc detriumphabit perennis
 Arte venenigerum Chelidrum.
 Et iste, Princeps, ardor aeneas
 Pro Patria urit nobilioribus

D

Flam

Flammis medullas : ut labantem
Herculeis Patriam lacertis.
Fulcire possis. Sic Phaethontios
Metiris axes , sic sinuabiles
Telluris angvës irretortæ
Verticibus geminis tueris.



Symbolum Decimum,

PRINCIPI MVNIFICO.

Ceres munificentia Dea spicis manipulis onusta, Symbolum est profuse in egenos liberalitatis. Nihil fere est, quod hominum conditionem ad Divinam similitudinem evehat tam gloriose, quam caelestis pars liberalitatis. Iam vero Princeps Celsissime, ille tuam ignorat munificentiam, qui cum aut unquam requisivit, aut unquam requisitam audivit. Volumina illi conscribenda essent, qui Munificentiam Tuam satis explicare adniteretur. Quoniam ut rudi tantum penicillo adumbramus, Ceres cum spino manipulo Aquilâ Tuâ gentilitia insignitum effigiamus cum Lemmate.

NON SIBI, SED POPVLO,

Quem

Quem plena largæ cornua copiæ,
Ac sumptuosi prodiga muneris
Fortuna dotat; hunc Parent em
Despicui jubet esse vulgi.
Hoc jure nimbus Pygmalionias
Fæcundat arcas aureus, aureos
Hoc largiori effusus imbres
Rore pluit, loculosque ditat:
Hoc jure duces se laquearibus
Insuudit Hermus ditibus, & suas
Effundit urnas, ac Penâtu m
Aurifluo ligat amne, limen:
Hoc jure ridens jugeribus Ceres
Dum fluctuantes fasciger impigrè
Culmos cecidit, horreorum
Tecta subit, cumulatque fruges:
Ut queis negavit parca domesticos
Fortuna census, munificentiam
Admetiantur. Qui tenebris
Damnat opes, opibus beari
Non dignus ille est. Perpetuo jacer
Qui congregatis incubus Euclio
Exolus astris, turpe mundi
Opprobrium Phlegethontis ignes.
Hic aucupatur. Munera largius
Quæ dextera spargit, munera coelitem
Altiqve mercatur favorem
Et Superum, populiqve votum.
Hæc demereris Tu quoque Pannorum
FRANCISCE, Ganges; quando meantibus
Per Regna donorum fluentis
Templa, Sacrasqve domos inundas.

Hæc demerēris, dum fluis ubere
In docta Sæcræ Numina Phocidos
Pubemqve sublimis Minervæ
Munificæ bonitatis undâ.
Hinc Te bicollis metrilloquentium
Sædes Dearum in Sæcula Nestoris
Durare anhelat, & Sybillæ
Plausibiles Tibi poscit amnes.



Symbolum Vndecimum.

PRINCIPI JUSTO.

Alter hic Typus est Divina similitudinis Justitia. Tolle Justitiam ex Orbe, & benè ordinatas Respublicas in execrandam Chaos, infelici metamorphosi transmutaſti, Ut hæc ferè sit Regnorum basis, Subditorum vita, Principum decus ac fulcrum omnium,

Non flecti in alterutram partem, & limites Justitiæ non transcendere, divinum, magis, quàm humanum dixerim. Et hæc gemma meritò gloriari potes, Princeps celsissime. Cujus nos Symbolum bilancem in æquilibrium stantem, nec furore depressam, nec favore elevatam statuimus cum Lemmate.

NIL PONDERA FLECTIT.

Opaca

27

O Paca mœstis nubila frontibus
Deterge Pannon! quæ malè perfidas
Astræa terras liquit olim
Cum reprobè Cataclysmus undæ
Rèplerat Orbem: jam speciosior
Revisit Orbem. Cernis, ut aureæ
Texturâ pallæ per venustam
Spontè petat fluitare frontem?
Cernis, Coruscum dextera nobilis
Ut torquet ensem? levaqve pendulam
Vibrat bilancem? Romulæi
Virga Numæ latus ut decoro
Stipat reflexu? pone Lycurgicos
Cernis clientes, & Lacedæmonum
Cursare turmas & Solonis
Ante oculos volitare pubem?
Larare Pannon. Pulsa sub ultimos
Quæ nuper Indos Justitiæ parens
Latebat exul, jam Vngarorum
In trijugas remeavit oras.
Hic Te beatum carmine coelico
Fulgens Avitæ sidus adoræ
FRANCISCE, dicam cujus æquo
Diva sinu Themis hospitari
Et visa pridem; fluxa volatilis
Cujus bilancem pondera gratiæ
Flexere nunquam; qui æquitatæ
Cecropiæ temerare sacrum
Nescis tenorem; qui trutinam libras
Cunctis fidelem; cujus in improbas
Exerta cervices cruento
Dextra conat retonatq; ferro.

Pro

28

Probisque parcat. Sic Tibi Cœlitēs,
Princeps, rependent. Hoc, Tua, quam colis
Astræa spondet, hoc amantes
Pannoniæ Themidosque sperant.

Symbolum Duodecimum.
PRINCIPI VIRTUOSO.

Aquilam pennis suis in sublime evolantem Virtutis Tuæ Tesseram
statuimus, Princeps Celsissime. Testatur eam Romani Orbis At-
lantis factum de Te Judicium perrennatis in sculpendum Ce-
dris, aut adamantinis celandum Characteribus. Volentes in-
cipit, ille Monarcha, horum omnium benignâ ratione
habitâ, singularem ergâ suam sinceritatem, quam eâ so-
lertiâ, dexteritate, industriâ, fide, integritate ac pruden-
tiâ, reliquisque animi dotibus pollere intelligimus ut non
modò cum nostræ tempestatis hominibus, verum etiam
cum omni vetustate in harum Virtutum splendore facile
coferri posse videatur, animi nostri propensionem insigni
aliquo judicio testatam reddere, &c. *Lemma subscribi-
mus.*

NON MUTUATIS PENNIS:

EX glorioso sanguine Principum,
Benè auspicatam, ducere lineam
Fœlicitatis gloriæque
Non modicum decus est honorque,
At grandioris prosperitatis est
Sua Potentum vincere gloriam,
Virtute Patrum; hoc æviternum
Principis elogium, hoc perenne
DEVS meretur, sternere propria
Ad celsioris culmina gloriæ

Sarissa

29

Sarissa iter: quo gloriaris
Magnanimæ diadema Stirpis,
FRANCISCE. Princeps: namque Tuo cupit
Ipsa emicare in vertice gloriâ
Hæc traxit Astrorum MONARCHAM
Vt famulum meritis honorem.

Censeret inter maxima grandium
Præbere fasces nomina Principum.

Hoc perspicacis expetebat
Ingenii speciosa gemma.

Hoc major annis gloria Judicij

Hoc laureatæ vis Sapientiæ,

Hoc ponderosâ mens sagacis
Consilii gravitate pollens.

Hoc demerentum nescia munerum

Themis, voluntas propositi tenax,

Fides dolosæ ignara fraudis,
Impavidum, calidumque pectus.

Inter procellas, Cor adamantinum,

Virtus coruscis, Solibus æmula

Sub infrementi fortis æstu]

Herculeæ rigidaque fibra.

Nunc ergò Princeps suavios excipe

Tua ambientem limina gloriam.

Famæque Virtutis Potentum

Accumula Titulos Avorum.

30

Značka:

P. 11. 2

Por.
číslo

1

2

3

0

KZB 1469-53

S 816

P. 11. 2

Snář velmi pěkný /
 mnohých Spisůw
 Mudrcůw Starých y No-
 vých / y z Kněh Zákona obogitěho /
 vybráně / wedle příhod Lidských / Strže Sny
 jim og Boha zgerowané: K výstraze
 Lidské / Strže k těm podobné Sny /
 častofrát jim vřazané.

We Dwanáct Kněh rozdělený /
 a nyni opět znouu wytištěny:



W Perwoč / Rěca Páně: M. DC. L.

Régi nyomtatványok, Eperjes tud. könyvtár:
 /318.ig.j./